

Ad haec, vertendis Graecis autoribus non mediocriter augebimus sermonis copiam, propterea quod haec lingua rerum verborumque
 LB 7 ditissima est. Fuerit autem vtilius interdum paraphrasi quoque
 cum illis certare. Profuerit plurimum carmina poetarum oratione
 200 prosa retexere, rursum orationem solutam numeris astringere, at-
 que idem argumentum in aliud atque aliud carminis genus trans-
 fundere. Magnopere iuuabit et illud, si eum locum qui maxime vi-
 debitur scaterere copia ex autore quopiam aemulemur, et eum no-
 stro Marte vel aequare vel etiam superare contendamus. Praeci-
 205 puam autem vtilitatem adferet, si bonos autores nocturna diurna-
 que manu versabimus, potissimum hos, qui copia dicendi praece-
 luerunt, cuiusmodi sunt Cicero, A. Gellius, Apuleius, atque in his
 vigilantibus oculis figuras omneis obseruemus, obseruatas memo-
 ria recondamus, reconditas imitemur, crebraque vsurpatione con-
 210 suescamus habere in promptu.

PRIMA PRAECEPTIO DE COPIA. CAP. X

Haec quasi praefati superest vt ad praeceptionum traditionem ac-
 cingamur, tametsi et ipsa quae diximus praecepta quaedam videri
 queunt. Videmur autem non absurde facturi, si praeceptiones hinc
 215 auspicemur, vt praemoneamus copiae candidato in primis esse cu-
 randum, vt apta, vt Latina, vt elegans, vt pura sit oratio. Neque
 quicquam existimet ad copiam pertinere, quod abhorreat a linguae
 Romanae castimonia. Elegantia partim sita est in verbis receptis
 ab autoribus idoneis, partim in accommodando, partim in compo-
 220 sitione. Exemplum primi fuerit, vt si quis 'piissimum' dicat. Quod
 verbum, teste Cicerone, Latinis auribus inauditum est, quanquam
 et hoc reperitur apud autores haudquaquam reiiciendos. In huius i-
 gitor locum substituere licet quoduis verbum barbarum aut soloe-
 cum, veluti si quis dicat 'auisare' pro 'praemonere'. Barbaries au-
 225 tem etiam vitiosa scriptura aut pronunciatione committitur, vt si
 quis 'dócere' sonet prima

A questi
 traducendo
 gomenti e
 li anche ne

Sarà an-
 abbreviare
 in un altro

Aiuterà
 zampillare
 lo con le pr

Straordi-
 gliandoli d
 bondanza
 questi osse
 memoria c
 stodito e c
 sente.

Premess
 sebbene an
 in un certo
 da qui gli i
 innanzittut
 limpido. E
 correttezza

L'elegan-
 in parte ne
 ma specie
 monia Cice
 autori nien
 tuire qualsi
 visare" per
 tiva scrittu

acuta, aut 'Christum' dicat 'Cristum', aut 'percam' 'parcam', aut 'lēgo' priore producta. Secundi exemplum fuerit, si quis ita loquatur 'dedit mihi licentiam abeundi' pro eo quod est 'fecit mihi potestatem abeundi'. Hic nulla est vox non Latina, sed in abusu vitium est. 'Potestas' enim generale nomen est ad omnem facultatem, 'licentia' vergit in malum. Hic igitur peccatur in perperam accommodando vocem, veluti si quis dicat 'compilare' pro 'colligere'. Latina vox est 'compilare', sed in alium sensum: significat enim 'furto spoliare'; Horatius: 'serui fugientes compilant dominos'; item: 'Ne me Chrysippi scrinia lippi / Compilasse putes'. Tertium genus huic simillimum est, quum voces bonas male connectimus, veluti si quis eodem sensu dicat 'iniuriam dedit', quo 'damnum dedit'. Nam 'dare damnum' eleganter dicitur; 'facere' autem 'iniuriam' dicitur qui ledit, non 'dare iniuriam'. 'Dare malum' Latine dicitur; 'dare iacturam' aut 'dolorem' non recte dicitur. 'Facere iacturam' emendate dicitur qui damnum patitur, 'facere infamiam' qui infamia afficitur, non recte. 'Facere iniuriam' qui ledit, Latine dicitur; 'facere contumeliam' M. Tullius Latinis vsitatum esse negat, quanquam haec sermonis forma apud Plautum, Terentium aliosque probatos autores reperitur et fieri potest, vt aetate Ciceronis abierit in desuetudinem. 'Accepit iniuriam' probe dicitur qui affectus est iniuria; 'accepit contumeliam' non ausim dicere. 'Facere aes alienum' dicitur qui contrahit debita, vt 'facere vorsuram' qui creditorem mutat. At non recte ad eum sensum diceretur 'facere inuidiam' aut 'simultatem' qui eam conflatur sibi. Aedes 'vitium fecerunt', quae ex sese corruptae sunt;

con la seconda legare per racc

Il secondo «andarmene» alla parola non latina generale per ognuno che si sbaglia cuncto dicesse s Latina, ma in inizio: i servi fug creda che io at

Il terzo gen parole corrette al posto di fec mente; ma "regiustizia". "Fare" non si dice chi subisce da "Recare un'ingiustizia" che "fare affruzione in Plaut tempo di Cicer dice correttam si dice bene. "Fare" chi cambio senso "fare invero difetto", c

² Letteralmente

³ *Compilare* pe

‘rimas fecerunt’ non ausim dicere, quum ‘rimas agere’ Latine dicatur. Sic ‘facere stipendium’ recte dicitur qui militat stipendio, 255 ‘facere salarium’ non item. ‘Fecit sui copiam’ recte dicitur; ‘dedit sui copiam’ non ausim dicere, quum tamen eleganter dixerit Vergilius: ‘et coram data copia fandi’. At ‘fecit spem’ ac ‘dedit spem’ vtrunque Latine dicitur. Interdum vox non in loco posita vitiat orationem. Quod genus: ‘quid sibi vult hic homo’ recte dicitur;

260 ‘quid sibi vult hic mortalis’ inepte diceretur.

Sed ad rem; quod est vestis nostro corpori, id est sentiis elocutio. Neque enim aliter quam forma dignitasque corporis cultu habituque, itidem et sententia verbis vel commendatur vel deturpatur. Itaque plurimum errant qui nihil arbitrantur interesse, quibus 265 verbis quae res efferatur, modo vtrunque possit intelligi. Neque diuersa est commutandae vestis et orationis variandae ratio. Sit igitur prima curarum, ne vestis aut sordida sit aut parum apta corpori aut perperam composita. Nam indignum fuerit, si forma per se bona vestis sordibus obfuscata displiceat; et ridiculum sit, si vir 270 muliebri amictu prodeat in publicum; et foedum, si quis veste praepostera atque inuersa conspiciatur. Quare si quis copiam affectare velit priusquam linguae Latinae mundiciem sibi compararit, is meo quidem iudicio non minus ridicule fecerit quam si quis pauper, cui nec vnica sit vestis quam sine magno pudore possit induere, subinde mutato vestitu aliis atque aliis pannis obsitus in forum prodeat, ambitiose mendicitatem suam ostentans pro opibus. 275 Hic quo saepius id fecerit, an non hoc videbitur insanior? Videbitur opinor.

Atqui nihilominus absurde faciunt isti quidam affectatores copiae, 280 qui cum ne semel quidem possint id quod sentiunt mundis verbis efferre, tamen, perinde quasi pudeat eos parum balbos videri, ita balbutiem suam aliis atque aliis modis reddunt balbiorem, quasi que certamen ipsi secum sumpserint vt quam possit barbarissime dici, dicant.

“fecero screpolaris. Così dato con stipesi dice corretto quando però parlare aperto trambi si dico

A volte lo sto genere si rebbe detto a

Ma riguardo il corpo, così è la forma e la modo di vivere parole. Perciò importante qualche modo cambiare veste che la veste resta. Infatti sarà offuscata dal pubblico con venisse visto vuole ostentare lingua Latina, raramente meno ridicolo indossare senza si presenti in ne la sua men fatto, non sembrerà piuttosto

Per nulla di facondia, che sentono e sembrare pocco nuovi modi pi contro se stessi

- 285 Volo ego multiugam esse domus opulentae supellectilem, sed totam elegantem esse volo, ne mihi salignis, ficulnis ac Samiis vasculis omnia sint referta. Volo in splendido conuiuio diuersa ciborum genera proponi, sed quis ferat, si quis centum apponat eduliorum formas, quorum nullum sit quod non nauseam moueat?
- 290 Haec non temere pluribus verbis admonui, quod exploratam habeam plerorumque mortalium praecipitem audaciam, qui praeteritis fundamentis statim et illotis, quod aiunt, pedibus, ad summa malunt festinare. Neque multo leuius peccant qui sordida miscentes elegantibus purpuram pannis deturpant ac vitrea gemmis
- 295 intertexunt Atticisque bellariis iungunt alliaata. Nunc variandi formulas proponemus, eas nimirum quae ad verborum pertinent copiam.

PRIMA VARIANDI RATIO PER SYNONYMIAM. CAP. XI

- Prima igitur ac simplicissima variandi ratio in his verbis sita est, quae diuersa cum sint, eandem omnino rem declarant, ita vt ad significationem nihil referat hoc an illo malis vti. Quae quidem synonyma grammaticis dicuntur; contraria his quae dicuntur homonyma. Illa quidam audent dicere aequiuoca, haec vniuoca, licet haec cognomina iuxta dialecticos magis congruant rebus ipsis
- 300 quam vocabulis. Nam voces diuersas rem eandem significantes rectius dicemus *ἰσοδυναμούσας* et his contrarias *πολυσήμους*. Prioris generis sunt: 'ensis, gladius'; 'domus, aedes'; 'codex, liber'; 'forma, decor, pulchritudo'. Horum itaque maxima vis vndeunque e bonis autoribus contrahenda, varia comparanda supellex, et, vt Fabius ait, diuitiae quaedam extruendae, quibus vbicunque
- 310 desideratum erit, possit nobis constare verborum copia. Neque sat erit huiusmodi vocum mundum copiosum ac penum diuitem parasse, nisi non solum in promptu verum etiam in conspectu habeas, vt protinus vel non quaesita sese ostendant oculis.

possibile. Io v
lenta, ma vog
ogni cosa in v
splendido ban
sopporterà, se
no non muova
Non ho ricc
ho constatato
che trascurati
di preferiscono
rovinano la po
no vetri alle g
Ora proporren
dano l'abbond

Quindi la p
parole che, set
modo che per
o quella. Sonc
omonimi quel
equivoche, qu
rispondano all
correttamente
canti la stessa
valenti o di m
casa, magione.

Perciò se i
quantità, varic
chezze da acci
derivare l'abb
rato un tale cc
le abbia non s
si presentino a